





diolanensem, & eodem anno, quo Valens & Ursacius Julium adierunt.

Hoc invictum argumentum est; quod nulla tergiversatio potest eludere. Sed neque Diatriba tota probabile quicquam adfert, quod recte & contra ambages illi respondeat.

Diatrib. II. pag. 196.

Nam quod in Ariminensem epistolam irrepsisse per errorem putat illud de Mediolanensi synodo; ex Valentis & Ursacii ad Julium libello; divinantis est, & utcumque extricare se cupientis; potius quam bona fide, & ex animo respondentis hæc exceptio. Cui enim persuaderi queat Ariminensem in eo synodicam esse falsam? Id si esset, vel librariorum ea culpa foret, vel Ariminensium ipsorum præsumptum. Utrumque autem incredibile est: immo etiam absurdum. Etenim neque librarios in tam diversis auctoribus, qui illam Græcè Latinèque descriperunt, corruptendis illo loco, conspiciat verisimile est: neque in tanto Ariminensium numero, qui, quæ viderant, magna ex parte referrebant, fuisse neminem, qui erroris admoneret. Deinde quid Hilario faciemus aequali temporum illorum, qui Valentis & Ursacii epistolam interpretatur; & quod apud Mediolanum porrectum à se priorem libellum isti dicunt, ad Mediolanensem synodum refert, in qua Photinus à Romanis, utique Catholicis, biennio erat antè damnatus? Nam biennio ante Sirmiensis synodum, in qua depositus, nec amotus est à Catholicis, Mediolanensem synodum celebratam esse docet. Deinde post Valentis & Ursacii libellos ita subjicit: *Hæc epistola post biennium missa est, quàm hæresis Photini à Romanis damnata est.* Ubi autem, & à quibus damnata, paulò ante docuit: *Igitur ad tollendum ex Episcopatu Photinum, qui ante biennium jam in Mediolanensi synodo erat hæreticus damnatus, ex plurimis provinciis congregantur sacerdotes.* Profectò, si quis in nobis est candor, atque æquitas, fateri cogimur, in Mediolanensi aliqua synodo Catholica Valentem & Ursacium priorem libellum obtulisse; quod Ariminenses præfules disertis verbis asserunt. Neque enim in tam recenti memoria, contra Valentem & Ursacium Constantii Imperatoris intimos ad Imperatorem ipsum publicè, & è synodo scribentes, de utroque mentiri tam insigniter potuerunt.

Diatrib. II. pag. 196.

Atenim probabile non est, Valentem & Ursacium pro facinoribus suis à Sardiceni proximo dejectos, ad frugem tam subito conversos aduolasse Mediolanum, ibique communionem sine mora recepisse. Deinde si recepti fuerunt, quid est quòd biennio post Concilium illud narrat Hilarius Ursacium & Valentem Romanæ plebis Episcopum adisse, recipi se in Ecclesiam deprecantes? Cum de facto constet, de facti causa & ordine litigare, & otiosi, & nimie contentiosi hominis est. Quàm multa in historiis occurrunt, quæ, ut certò evenisse scimus, sic fieri potuisse miramur? Neque enim rerum omnium gestarum rationes ab Scriptoribus memoria prodite sunt: & brevissimo interdum tempore magnæ rerum conversiones incident; quas nullius conjectura & suspicio consequi potest.

Postremò, quod in omni nostra defensione validissimum, & à nonnullis est, si erravit in eo disertatio nostra, non mihi, sed antiquissimis illorum Scriptoribus temporum tribuendus hic error est, Ariminensi Concilio, & Hilario, quos negari non potest planè hoc, quod scripsimus, apertè testari. Quibus & Liberius adjungi potest Romanus pontifex, qui in colloquio, quod habuit cum Imperatore Constantio, refert Ursacium & Valentem libellos in synodo dedisse, quibus veniam rogabant ob id nominatim quòd in Mareote provincia per calumniam ex una parte contra Athanasium acta consecravit. *οι εν τη σωδωβ βιβλια ενδεδωκασιν αυτην εις αιωνιους αιωνων.* Theodor. Sulp. 2. cap. 16. Ad An. lib. 347. Hic. Trip. l. 5. versione fateor arripi posse. Sed Græca ipsa si quis adhibeat, ad aliam synodum pertinere istud intelliget. cum aliqui in Sardiceni constet profus illos esse damnatos. Quòd si in Sardiceni ipsa synodo, in qua profcripti, exauctorati que sunt Ursacius & Valens, nec usquam in ea recepti leguntur: tamen in ea respicit, & libellos obtulisse tantus vir absurdum non judicavit; unius loci Latina interpretatio fretus; quid est quòd tam hostiliter Diatriba nos insequitur, quòd

Theodor. Sulp. 2. cap. 16. Ad An. lib. 347. Hic. Trip. l. 5. versione fateor arripi posse.

in altera synodo id paulò post accidisse, synodica tot præsumptum epistola, & Hilario teste defendimus? Sane si quis Liberii verba illa diligentius expendat, non dubitabit, quin synodum aliquam fuisse significet, in qua libellum ambo illi dederint, & quidem ab eo diversum, qui apud Hilarium & Athanasium existat, Julio Romano pontifici inscriptus. In hoc enim nulla Mareote mentio est, neque actorum ab se contra Athanasium ex una parte per calumniam conscriptorum, quæ in priorè libello, quem synodo obtulerunt, expressa fuisse Liberius affirmat. Sed hoc unum confitentur, *falsa esse omnia, quæ ad aures suas pervenerunt de nomine Athanasii, atque omnibus viribus carere.* Quare diversos esse libellos oportet; & quod consequens est, priorem in synodo fuisse datum, cujus in posteriore meminere.

Sed nec illud consentaneum est, quod Diatriba de Mediolanensi synodo, cujus mentionem facit Hilarius, affirmat, hanc illam fuisse Mediolanensem, quæ anno 355. ab Constantio, & Ariani Episcopis est habita. Hoc enim ex Hilario ipso perspicue refellitur, qui Mediolanensem, de qua loquitur, à Romanis contra Photinum esse factam ait antè biennium, quàm Valens & Ursacius epistolam offerrent. cui consonat & Ariminensis synodica, quæ in Mediolanensi ipsa synodo adfuisse Romanos Presbyteros refert. At Mediolanensem altera, quæ anno 355. celebrata est, neque Catholicorum, aut Romanorum fuit, & longè post Valentem & Ursacii penitentiam accidit: immò verò jam ad pristinam perfidiam post Constantii obitum relapsis iis, & Athanasium ac Catholicos toto furore persequentibus.

Nam quòd Ursacii ac Valentis mentionem alieno loco ab Hilario positam asserit, nemo illi concedet, qui Hilarii locum accuratè legerit. Est enim cohærens illius narrationis pars, quæ est de Ursacio & Valente, cum proximè superiori, in qua de Sirmienfi agit synodo. Postquam enim de Athanasio, & falsis ejus criminationibus sermonem instituit, transit ad Marcellum ac Photini historiam. *Supereft, inquit, ut quid de Marcello, & Photino gestum sit, paucissimis dicam, &c.* Tum, quomodo depositus sit explicat: *Igitur ad tollendum ex Episcopatu Photinum, &c. convenisse ait sacerdotes. Quomam? Sirmium utique, quod postea scribit: Verum inter hac Sirmium convenitur.* quorum ista pertinent: *Hæc epistola post biennium missa est, quàm hæresis Photini à Romanis damnata est?* Nonne ad illa priora necessarìo referenda sunt: *Igitur ad tollendum ex Episcopatu Photinum &c?* Deinde non rectè demptis mediis quadrare illa superioribus: *Verum inter hac Sirmium convenitur:* ubi particula ista, *inter hac,* abruptum; interposita rei alterius narratione, ac repetitum ex intervallo sermonem indicant. Frustra igitur alieno hæc inculcata loco Diatriba suspicatur.

Postremò quod Sirmiensis synodum spectat, cujus ibidem mentio est apud Hilarium; apparet diversam eam fuisse ab famosa illa Sirmienfi, quam Socrates anno 351. Diatriba anno 357. celebratam esse videt. Primum quod in hac posteriore depositus omnino, & ab Episcopatu depulsus est Photinus; uti Socrates, alique testantur, & his antiquior Epiphanius: qui post synodum ad Imperatorem confugisse illum referunt, & judices impetrasse: coramque iis convictum ab Ancyrano Basilio, ac penitus exauctoratum fuisse. *μεγαλη η μαχη εν οεις ο Λιβ. 2. φωτινους ηρηθησεν; κατεκελη εν φυγη η διαγωγαν η λοιπη, &c.* Maximini

Diatrib. II. pag. 196.

Maximus autem confitetur verborum utriusque fuit. quibus vult Photinus condemnatus est: & in exilio deinceps agens, &c. Itaque Episcopatu tunc Photinus ejectionis est. At in Sirmienfi illa synodo Hilarii, propter populi seditionem amoveri non potuit. Ita enim legendum videtur pro eo, quod ibi legitur, *admoventi*, nisi *admoventi* sit idem quod in judicio vult; causamque dicere. Omnino verò popularem vim intercessisse Hilarius ostendit, ne Photinus sede sua pelleretur. Quare diversa sint amba illæ synodi necesse est. Ad hæc Sirmienfis Hilarii synodus Catholicorum fuit, ut ex antecedentibus constat. Quippe & de Ecclesiasticis turbis componendis sollicitus fuisse dicit: & hac occasione Valentem, & Ursacium iterum libellos obtulisse. Quoniam quidem contententem hanc esse narrationem; neque assutum de Valente & Ursacio laciniam istam, contra Diatribæ auctorem evicimus. Adde Sirmiensis Hilarii synodum ab Occidentalibus celebratam esse; posteriorem autem ferè ab Orientalibus: quod sequenti capite planum faciemus.

At enim quid necesse fuit Photini damnationi auctoritatem comparari ex Athanasii judicio; tamquam in eo Occidentales hæere potuerint, qui biennio antè Photinum damnassent? Sed hæc *αεσησια* nimis angusta est. Photino biennio antè damnato, hoc est notato ejus errore, certa dies præscribi potuit; antè quàm nisi respiceret, in ordinem cogeretur. Potuit & fraude aliqua, dissimulationeque frustrari Catholicos præfules, atque illorum sententiam eludere; qui postmodum tanti viri, quantus fuit Athanasius, auctoritate ac præjudicio freti, denud rem aggressi sunt.

De eadem Catholicorum Occidentalium synodo Sirmii habita illud acceperam, quod scribit Hilarius: *Fragmentum de Photino decretum ab Occidentalibus factum ad Orientales relatum esse; hos verò tamquam homines mente callidos, rescribentes de Photino, Marcelli mentionem adjecisse.* Displicuit hoc Diatribæ: quòd verisimile non sit, anno isto 349. quo Sirmiensis synodus ponitur, dum Athanasii communionem certatim omnes expeterent, Orientales in Athanasium agitate Concilia. Verùm cogitandum hoc illi fuit; interim dum ad Orientales Occidentalium litteræ istæ perferuntur, Constantem esse mortuum; & ingenti rerum facta conversione, superiorem fuisse causam Arianorum. Itaque deinceps eos Athanasium vexare coepisse.

Porro cum Hilarius asserit, Occidentales, damnato Photino, decretum suum ad Orientales misisse: hos autem rescribentes de Photino, Marcelli mentionem adjectisse; clarissimè demonstrat, Occidentales synodicam aliquam misisse ad Orientales; hos verò, cum Ariani essent, callidè cum Photino Marcellum miscuisse. Nam rescribere, est *νικισσιν* scribere. Itaque non alii rescriperunt, quàm ii, ad quos decretum Occidentales miserant, nimirum Orientales. Tum verò Catholicos fuisse decreti illius auctores satis indicat, cum eos subinde commendat, quòd ad Orientales epistolas istas fecerint, non injuria extorquendi, ut nunc agitur, ad sensum; sed instruende universorum scientia consuetudine. Quæ verba perspicue declarant, Catholicos, quod dixi, Episcopos fuisse Occidentales istos, quos ab hæreticorum violentia, & tyrannide alienos esse dicit. Deinde synodum ab iis aliquam esse factam; cujus acta, decretaque, uti consuetudo fert, ad alias Ecclesias miserint. Quomobrem valdè consentaneum est ex tota Hilarii disputatione, synodum illam Sirmiensis, in qua Photinus damnatus est, sed non dejectus, ab Occidentalibus Catholicis celebratam fuisse. Est enim perpetuus & continens sermo de Photini damnatione in ea facta synodo, quæ sub Valentis & Ursacii penitentiam Sirmii est habita; quam ad synodum cetera pertinere, series ipsa orationis arguit. Ut autem Diatribæ sententia se habet; interrupta, sædèque dissoluta, nec ullo modo cohærens est narratio. Etenim synodos illie ab Hilario commemorari putat Mediolanensem, & Sirmiensis: illam anno 355. celebratam, hanc 357. in quibus Photinus damnatus est; in hac etiam depositus. Sed non convenire synodos istas ad Hilarii institutum, satis huicque demonstratum est. Nam & temporis ratio repugnat: quia Mediolanense istud, & Sirmienfe Hilarii longè annos illos antecedit: & utriusque anni Concilia ab hæreticis habita sunt. Mediolanense quidem ad Athanasium damnandum, & Episcopos Catholicos, qui illius communionem ejurare Solebant, exilio multandos; quod tum in perloquo decreto est; ut Eusebium Vercellensem, Luciferum Caralitanum, Hilarium Pictaviensem, & Liberium Romanum pontificem. Atqui in Mediolanensi synodo, cujus meminit Hilarius, Romani interfuerunt Legati; immo præfuere, ut ex eodem, & Ariminensi synodica colligitur. Sirmienfe quoque iisdem ab hæreticis contra Photinum celebratum est: & quidem Orientalibus plerisque. Quomobrem non congruit huic Sirmienfi quòd Hilarius refert, decretum de Photino ab Occidentalibus factum, & ad Orientales relatum; uti mos est in synodis. Ex quo

Constat autem alia quadam, quæ in eodem capite primo Diatribæ secunda contra Dissertationem allata sunt, ac nonnulla illius errata discutuntur.

POSTQUAM caput ipsum opinionis nostræ, causæque constitutum, nunc reliqua Dissertationis expedienda sunt quæ frustra Diatriba vexare studuit.

Horum primum sit, quod, ut Valentis & Ursacii penitentiam alieno loco positam apud Hilarium ostendat, hunc in modum objicit: *Si, inquit, Athanasio Alexandriam reverso, & Ursacio ac Valente in gratiam receptis habita est Sirmiensis ista synodus, ut fingitur; punctum temporis, in quo habita sit, ante Constantii obitum, qui sub ipsum Athanasii reditum incidit, adsignari nullum potest.* Verùm captiosum hoc oppugnandi, & argumentandi genus esse superius admonui: cum ad versus expressa de gesta re Scriptorum testimonia, ex incertis, & obscuris circumstantiis conjectura capitur.

Quocirca contra Diatribam paucis ita præscribimus: Sirmiensis synodum eo tempore factam esse constat ex Hilario, quo Ursacius & Valens libellos obtulerunt: quod omnino negari non potest. Ceterum quæ anni parte celebrata sit, & ubi tum esset Athanasius, scire posse neminem. Proinde callidè id pro concessio Diatribam accipere, quod non datus; Athanasio jam reverso, & Alexandria morante, synodum istam esse habitam. Potuit enim haberi antequam Alexandriam venisset, & ante Constantii obitum. Diu enim in itinere fuit Athanasius, & Antiochia, atque in Palæstina moras habuit: dum interim & Ursacius ac Valens plenam cum Catholica Ecclesia reconciliationem urgerent, & Sirmii ad deponendum Photinum cogerentur Catholici.

Sed instat rursus Diatriba, & quod Hilarius habet de Marcello ab Athanasii communionem abstentio, unde Photini damnationi auctoritas est quæ sita, ad tempus Sirmiensis nostræ synodi revocari non patitur. Sed pro nobis aperta est Hilarii narratio: qui cum Sirmiensis Concilii ad deponendum Photinum sub Valentis & Ursacii penitentiam habiti meminisset; statim addit, Marcellum ab Athanasio communionem suam multatum anteriore tempore quàm Photinus arguitur: nempe inter Sardicensem & Sirmiensis synodos, ac biennii interjecti spatii, quod Severus intellexit his verbis: *Interjecto deinde tempore Athanasius, cum Marcellum parum sanae fidei esse penitus comperisset, à communionem suspendit.* Cum igitur in Oriente esset Athanasius, ac Marcellum parum sanae fidei esse comperisset, ab ejus communionem abstinuit: vel, ut Hilarius loquitur, cum à sua communionem separat. quod ubique etiam extra diocesim suam quidem Episcopos facere potuit. Sic enim Antiochia eodem annò cum esset Athanasius, Alexandria petens, à Leontii Ariani, qui ibi Episcopus erat, communionem abstinuit, ut refert Sozomenus.

Atque in eodem capite primo Diatribæ secunda contra Dissertationem allata sunt, ac nonnulla illius errata discutuntur.

Atque in eodem capite primo Diatribæ secunda contra Dissertationem allata sunt, ac nonnulla illius errata discutuntur.

Paris III.

menus. At Diatriba ridiculam esse elamat, Athanasium à communionem suam quemquam, priusquam sedem suam reciperet, exclusisse. quod mirum est excidisse homini docto.

Atenim quid necesse fuit Photini damnationi auctoritatem comparari ex Athanasii judicio; tamquam in eo Occidentales hæere potuerint, qui biennio antè Photinum damnassent? Sed hæc *αεσησια* nimis angusta est. Photino biennio antè damnato, hoc est notato ejus errore, certa dies præscribi potuit; antè quàm nisi respiceret, in ordinem cogeretur. Potuit & fraude aliqua, dissimulationeque frustrari Catholicos præfules, atque illorum sententiam eludere; qui postmodum tanti viri, quantus fuit Athanasius, auctoritate ac præjudicio freti, denud rem aggressi sunt.

De eadem Catholicorum Occidentalium synodo Sirmii habita illud acceperam, quod scribit Hilarius: *Fragmentum de Photino decretum ab Occidentalibus factum ad Orientales relatum esse; hos verò tamquam homines mente callidos, rescribentes de Photino, Marcelli mentionem adjecisse.* Displicuit hoc Diatribæ: quòd verisimile non sit, anno isto 349. quo Sirmiensis synodus ponitur, dum Athanasii communionem certatim omnes expeterent, Orientales in Athanasium agitate Concilia. Verùm cogitandum hoc illi fuit; interim dum ad Orientales Occidentalium litteræ istæ perferuntur, Constantem esse mortuum; & ingenti rerum facta conversione, superiorem fuisse causam Arianorum. Itaque deinceps eos Athanasium vexare coepisse.

Porro cum Hilarius asserit, Occidentales, damnato Photino, decretum suum ad Orientales misisse: hos autem rescribentes de Photino, Marcelli mentionem adjectisse; clarissimè demonstrat, Occidentales synodicam aliquam misisse ad Orientales; hos verò, cum Ariani essent, callidè cum Photino Marcellum miscuisse. Nam rescribere, est *νικισσιν* scribere. Itaque non alii rescriperunt, quàm ii, ad quos decretum Occidentales miserant, nimirum Orientales. Tum verò Catholicos fuisse decreti illius auctores satis indicat, cum eos subinde commendat, quòd ad Orientales epistolas istas fecerint, non injuria extorquendi, ut nunc agitur, ad sensum; sed instruende universorum scientia consuetudine. Quæ verba perspicue declarant, Catholicos, quod dixi, Episcopos fuisse Occidentales istos, quos ab hæreticorum violentia, & tyrannide alienos esse dicit. Deinde synodum ab iis aliquam esse factam; cujus acta, decretaque, uti consuetudo fert, ad alias Ecclesias miserint. Quomobrem valdè consentaneum est ex tota Hilarii disputatione, synodum illam Sirmiensis, in qua Photinus damnatus est, sed non dejectus, ab Occidentalibus Catholicis celebratam fuisse. Est enim perpetuus & continens sermo de Photini damnatione in ea facta synodo, quæ sub Valentis & Ursacii penitentiam Sirmii est habita; quam ad synodum cetera pertinere, series ipsa orationis arguit. Ut autem Diatribæ sententia se habet; interrupta, sædèque dissoluta, nec ullo modo cohærens est narratio. Etenim synodos illie ab Hilario commemorari putat Mediolanensem, & Sirmiensis: illam anno 355. celebratam, hanc 357. in quibus Photinus damnatus est; in hac etiam depositus. Sed non convenire synodos istas ad Hilarii institutum, satis huicque demonstratum est. Nam & temporis ratio repugnat: quia Mediolanense istud, & Sirmienfe Hilarii longè annos illos antecedit: & utriusque anni Concilia ab hæreticis habita sunt. Mediolanense quidem ad Athanasium damnandum, & Episcopos Catholicos, qui illius communionem ejurare Solebant, exilio multandos; quod tum in perloquo decreto est; ut Eusebium Vercellensem, Luciferum Caralitanum, Hilarium Pictaviensem, & Liberium Romanum pontificem. Atqui in Mediolanensi synodo, cujus meminit Hilarius, Romani interfuerunt Legati; immo præfuere, ut ex eodem, & Ariminensi synodica colligitur. Sirmienfe quoque iisdem ab hæreticis contra Photinum celebratum est: & quidem Orientalibus plerisque. Quomobrem non congruit huic Sirmienfi quòd Hilarius refert, decretum de Photino ab Occidentalibus factum, & ad Orientales relatum; uti mos est in synodis. Ex quo

Constat autem alia quadam, quæ in eodem capite primo Diatribæ secunda contra Dissertationem allata sunt, ac nonnulla illius errata discutuntur.

POSTQUAM caput ipsum opinionis nostræ, causæque constitutum, nunc reliqua Dissertationis expedienda sunt quæ frustra Diatriba vexare studuit.

Horum primum sit, quod, ut Valentis & Ursacii penitentiam alieno loco positam apud Hilarium ostendat, hunc in modum objicit: *Si, inquit, Athanasio Alexandriam reverso, & Ursacio ac Valente in gratiam receptis habita est Sirmiensis ista synodus, ut fingitur; punctum temporis, in quo habita sit, ante Constantii obitum, qui sub ipsum Athanasii reditum incidit, adsignari nullum potest.* Verùm captiosum hoc oppugnandi, & argumentandi genus esse superius admonui: cum ad versus expressa de gesta re Scriptorum testimonia, ex incertis, & obscuris circumstantiis conjectura capitur.

Quocirca contra Diatribam paucis ita præscribimus: Sirmiensis synodum eo tempore factam esse constat ex Hilario, quo Ursacius & Valens libellos obtulerunt: quod omnino negari non potest. Ceterum quæ anni parte celebrata sit, & ubi tum esset Athanasius, scire posse neminem. Proinde callidè id pro concessio Diatribam accipere, quod non datus; Athanasio jam reverso, & Alexandria morante, synodum istam esse habitam. Potuit enim haberi antequam Alexandriam venisset, & ante Constantii obitum. Diu enim in itinere fuit Athanasius, & Antiochia, atque in Palæstina moras habuit: dum interim & Ursacius ac Valens plenam cum Catholica Ecclesia reconciliationem urgerent, & Sirmii ad deponendum Photinum cogerentur Catholici.

Sed instat rursus Diatriba, & quod Hilarius habet de Marcello ab Athanasii communionem abstentio, unde Photini damnationi auctoritas est quæ sita, ad tempus Sirmiensis nostræ synodi revocari non patitur. Sed pro nobis aperta est Hilarii narratio: qui cum Sirmiensis Concilii ad deponendum Photinum sub Valentis & Ursacii penitentiam habiti meminisset; statim addit, Marcellum ab Athanasio communionem suam multatum anteriore tempore quàm Photinus arguitur: nempe inter Sardicensem & Sirmiensis synodos, ac biennii interjecti spatii, quod Severus intellexit his verbis: *Interjecto deinde tempore Athanasius, cum Marcellum parum sanae fidei esse penitus comperisset, à communionem suspendit.* Cum igitur in Oriente esset Athanasius, ac Marcellum parum sanae fidei esse comperisset, ab ejus communionem abstinuit: vel, ut Hilarius loquitur, cum à sua communionem separat. quod ubique etiam extra diocesim suam quidem Episcopos facere potuit. Sic enim Antiochia eodem annò cum esset Athanasius, Alexandria petens, à Leontii Ariani, qui ibi Episcopus erat, communionem abstinuit, ut refert Sozomenus.

Atque in eodem capite primo Diatribæ secunda contra Dissertationem allata sunt, ac nonnulla illius errata discutuntur.

Paris III.

Diatrib. II. pag. 197.

Severus Sulp. 2. Socrat. l. 2. Sozomen. l. 4.







mentio, quam in animo tum Diatribæ Scriptor habuit, ab eo loco & disputatione erat aliena, in quo Sardicenis agebatur, & quidem dicitur, ut eam Epiphanius vocat; hoc est ab Occidentalibus habita: quorum ab consensu, & consortio sese Orientales abstraxerant.

Nihil ergo causæ fuit cur, cum de Sardicensi sermo esset, Sirmiensem synodum, & Basilium Ancyranum misceret.

De Mediolanensi synodo, in qua tertio ab Catholicis docui Photinum esse damnatum, perleve quiddam opponit Diatriba: non videri duas uno anno synodos tam distinctas in locis, & tam diversarum provincialium Episcopis imperatas. Deinde cur soli Catholicis convocantur? An ut Photinum damnarent? Atqui jam in Sardicensi damnatus erat. Verum hæc ista jam explosa est à nobis ut inutilis, nec responsione digna. Quis enim causas, ac rationes, ordinemque præstare possit omnium rerum, quas certissime alioqui gestas esse ex historia constat? Tamen hujus Mediolanensis Concilii probabilis excogitari ratio potest. Videntur enim Sardicenis Concilii Patres legatos ad Constantem misisse, qui que ibi gesta essent, illum docerent. O' ἡ Κωνσταντῖνὸν ἐν Σαρδικίᾳ γενησάμενα μαθόντες, ἕκαστος τῶν ἀδελφῶν, ait Sozomenus. Ac tum Mediolani conventus Episcoporum fieri potuit, in eoque approbati Photini damnatio. Neque verò necesse est indictivam hanc fuisse synodum; aut, si Constantis iussu est indicta, longinquos ad eam excitos esse præfules; sed vicinos dumtaxat; præsertim Italos. Nam & Romani Pontificis interfuisse Presbyteri, ut Hilarius, & synodica Ariminenfis affirmant.

Quintem verisimile est ab Orientalibus quoque, qui Sardicenis synodi nomen ementiti sunt, legatos ad Constantem Philippopoli esse missos, qui acta conventiculi sui, pro legitime synodi decretis obtruderent. ut mirari Diatriba desinat, Arianos Episcopos, qui nuper ab Catholicis fecerant, in Occidentem usque eos esse consecutos. Quamquam de Liberii epistola non nego probabilem esse Baronii sententiam, qui Mediolanense Concilium, cuius illic mentio est, aliud quiddam Sardicensi antè esse putat. Sed in eadem Diatribæ auctor agnoscat, iniquè se facere, qui Concilii, vel synodi nomine fortuitum conventum Episcoporum appellare nos vetet, ac nos reprehendendos existimet, quod concursum ejusmodi præfulum ad condendam Sirmii formulam synodum, vel Concilium nominemus: de qua re postea.

CAPUT IV.

De tempore Sirmiensis synodi contra Photinum habita; quam in annum cadere 351. contra Diatribam primam, & posterioris caput secundum evincitur.

Nunc de tempore posterioris synodi Sirmiensis, & secunda fidei formula, quæ ibidem edita dicitur, agendum restat: idque paucis. Nam aliis in libris ea res copiosè tractata est: neque Diatriba novi quicquam objicit, cui non provistum antè sit à nobis, ut ex iis, quæ ibidem explicata sunt, facile possit occurrere.

Synodum Sirmiensem, in qua Photinus è sede sua dejectus est, veteres historici ante Magnentii cladem esse habitam referunt. anno videlicet Christi 351. post Consulatum Sergii & Nigriniani, ait Sozocrates, quo anno propter tumultus bellicos, nemo Consulatus ex more dedit. Baronius antiquos illos arguens, eam synodum in annum 357. rejicit. Cujus argumenta in Epiphanius Animadversionibus explicata sunt: quæ frustra roquere Diatriba studuit, unico dumtaxat addito, cui in Dissertatione satisfecimus. Mea porò ratio est ejusmodi: cum de tempore agitur gesta rei alicujus, iis potissimum habendam fidem, qui vel eadem etate vixerunt; vel ab iis, qui viderant, scire poterunt: nisi ad horum labefactandam auctoritatem ea proferantur, quibus obfisti, contradicique nullomodo possit. Atqui talia non sunt, quæ adversus Sozocratis opinionem auctor Annalium Ecclesiasticorum, & ex eo utraque Diatriba disputavit. Nam

Sozom. lib. 3. cap. 20.

Diatrib. II. pag. 196.

Socrat. l. 1. c. 29. Sozom. l. 4. c. 6.

ea singillatim exposita sunt, ac discussa. Quare non est quod nos Sozocratem secutos esse, ac recentioribus antetulisse pigeat: præsertim cum notam illam Consulatus ad Sirmiensem synodum haud vanè, ac temerè videatur adscribere. Nec movere nos debet, quod Diatriba contra hoc objicit: etiam Hosii nomen ex actis ipsis Sozocratem potuisse dicere. Quasi Hosius Coll. quibus Sirmiensem synodum actam esse scribit, Sirmii esse potuerit. Quod quia non potuit, restat ut nota Consularis in solam congruat synodum: cujus anno verè, & ex actis conscripto, cetera aditru falli poterunt de Hosio, ac reliquis, quæ Sirmii sex annis postea gesta sunt eadem in urbe, quæ res Sozocratem fessellit.

Sic alterius nota Consulatus Eusebii & Hypatii, tertie subscripta formulæ, hujus germana est: annòque 359. revera convenit. quam in Sirmiensis synodo conceptam esse, leviter indicat Sozocrates: in eoque falsus est. Sed aliud est suas primariæ cuique rei notas apponere: aliud propriis, ac diversis notis affectas res in unum tempus conferre. In priori haud facile errasse Sozocratem dixi; in posteriori nonnumquam hallucinatus est.

Quamobrem quod ex Hosio petitur argumentum, leve est, imò nullum. Nec eo firmius est alterum illud ex Hilario qui synodum Sirmiensem biennio post Mediolanensem consecutam ait, quæ in annum cadit 355. Hoc enim abundè constat ut est superioribus in capitibus, ubi ex Hilario ipso demonstravimus Mediolanensem, ac Sirmiensem synodos, quas ibi commemorat, longè alias, ac diversas fuisse ab vulgaris istis.

Majoris in speciem est momenti quod tertio loco nobis opponitur de angustiis temporis; quia anno 351. victus est Magnentius iv. Cal. Octob. ex quo consentaneum sit, totum hunc annum bellico apparatu, ac tumultu sic occupatum fuisse, ut eogendæ synodo vacua nulla pars ejus fuerit. Verum hoc cum dicit, non intelligit, ad historiam quidem gesta rei aliquid se dicere, quod diligentius scrutandum sit; non tamen expresse ab auctore notam Consulatus, ac temporis ideo labefactari. quia est res ubi gesta sit, explicare nequeam propter aut incertiam, aut Scripturam inopiam: non tamen dubitare, quin gesta sit, debeat, aut historiam in eo, quod continet, elevare fidem.

Ac si quis belli hujus accuratè tempus, ordinemque respexerit; sciet anno ipso 351. Sirmienfe Concilium haberi potuisse. Siquidem ex anno antecedente, Vetraneione in ordinem redacto, Constantius Pannoniam recepit. Hinc ducibus cum exercitu contra Magnentium missis, diu Sirmii refedit, ut ait Sozocrates. Erant autem in Constantii comitatu peripetuò ferè Episcopi, quorum catervas ultrò citrò-que discurrere jubebat, ut queritur Ammianus Marcellinus.

Ecquid ergo mirum est, aut insolens, verno tempore celebratam esse Sirmiensem synodum? Nam & Diatriba hoc ipsum tempus assignat illi synodo, dum annum integrum intercessisse vult inter Sirmiensem, & Ancyranam à Semarianis factam. Cum enim Ancyranam ante Pascha habita sit ut in eorum synodica apud Epiphanius legitur; si annum spatium inter hanc, & Sirmiensem intercessit, necesse est Sirmiensem incunte vere coactam fuisse. Quare quoscumque nobis nunguidos montes, saltusque, aut procellas, ac fluctus opponet, quo minus Episcopi convenire potuerint; iisdem difficultatibus & suorum iter intercludet, ne ad idem tempus accurrerint. Sed hæc ἀνελευθέρην jocularis est.

CAPUT V.

De duplici formula fidei, Sirmiensis synodo tributa; quarum posterior extra illam edita monstratur.

VENIO jam ad secundam Sirmiensis Concilii formulam. Duplex enim in eo condita, vulgarè dicitur à Sozocrate, Sozomeno, ceterisque omnibus, quarum prior est ea, quam Athanasius refert, & Sozocrates: 693.

Diatrib. II. pag. 197.

Diatrib. II. pag. 198.

Diatrib. II. pag. 199.

Lib. de syn. pag. 693.

crates: Latine autem Hilarius in libro de synodis: cui anathematismi aliquot adnexi sunt. In ea suppressa mentio est Sirmii, & Sirmienfis pariter, ac similitudinis, quam etiam ex Sardicensi conciliabulo Arianorum, Sirmienfes assumpserunt. Exstat enim in calce longissima illius epistole, quam in Africam miserunt germana synodica Sardiceni. Unde apparet verè Basilium Ancyranum ex Ancyrano Concilio scriptisse de Sardiceni Eusebii, ἡ δὲ ἀδελφῶν ἡ ἐν Σιμίᾳ συνόδῳ. Altera est Latine scripta; quam Athanasius & Sozocrates Græcè, Latine Hilarius exscripsit. In ea nominatum decretum, ut substantiæ vel Sirmii perinde atque Sirmienfis, & Sirmienfis vocabula in usu ne essent amplius; quod in sacris litteris nusquam legantur: Hanc Hilarius vocat Blasphemiam apud Sirmium per Osium, & Potamium conscriptam. In fragmentis verò perfidiam apud Sirmium descriptam. cui Osius, & postea Liberius subscripsisse feruntur. Utramque igitur illam fidei formulam in eadem Sirmiensis synodo conscriptam, ac publicatam Sozocrates, & eum secuti omnes hæcenus arbitrati sunt. Ac Nicolaus Faber in præfatione ad Hilarii fragmenta posteriorem hanc censet velut ultimam Concilii Sirmiensis definitionem, ac sententiam habitam fuisse, atque eo nomine ad Ecclesias pro more transmissam à synodo. Quoniam Hilarius in libro de synodis, Gallicanis suis gratulatur, quod missam ex Sirmiensis oppido infidelis fidei impietatem damnaverint.

Verum in Epiphanius Animadversionibus anno ab hinc decimo-quinto, docuimus, secundam istam Sirmii editam formulam nequaquam in Sirmiensis contra Photinum habito Concilio scriptam esse, sed in fortuito concursu aliquot Episcoporum, qui Sirmii convenientes illam eiderunt; cuique Hosius verbis & cruciatibus coram à Constantio coactus est subscribere. Quibus autem rationibus inducti ab communi opinione difsensimus, plenius ex illa disputatione licet cognoscere. Hic verò summa probationis capita perstringemus; in quibus oppugnandis Diatribæ auctor inanem operam posuit.

Primum, idque firmissimum argumentum ex Basilii Ancyranis, & Semarianorum actione omni petitur, qui anno 358. hoc est altero ab celebrata, uti volunt, Sirmiensis synodo, Ancyræ sub Pascha convenientes secundam illam fidei formulam decreto suo damnarunt; cum quidem de ea ab Georgio Laodiceno moniti essent, eademque per Illyricum, & Orientem vulgata, magnos animorum motus attulisset. Atque illi quidem in epistola sua synodica, quam ad Phœnicæ Episcopos scripserunt, optasse se dicunt, ut post tot de fide questionibus concentrationeque habitas, ac tot decreta Conciliorum, Constantinopolitanis, Antiochenis, Sardicenis, ac Sirmiensis; deinceps pace ac tranquillitate frui sibi liceret, quod per novos illos hæreticos, à quibus formula ista manarat, obtineri non potuerit. Ex quibus aliisque colligitur, longè post Sirmiensem synodum illam Ethesim editam fuisse. Non enim in Sirmiensis ipsa synodo scripta fuit. quippe in qua Basilii Ancyranus primas partes habuit; qui tum apud Imperatorem Constantium auctoritate pollebat & gratia. Quis autem persuadere sibi possit, aut incerto, aut dissimulante Basilio talem formulam conditam fuisse? primum qui toto illo tempore, quo Concilium habitum est, Sirmii fuerit. Nam post Concilium, novum cum Photino certamen iniiit. Eo quippe ad Constantium provocante, ac se iniquè depositum esse conquirente, dati sunt illi è Senatu cognitores ac iudices à Constantio, ac Basilii oppositus est adverso; quo cum habita collatione victus ac proflus ejectus est, ut Epiphanius, alique prodiderunt.

Non potuit igitur Basilium latere Concilii Sirmiensis actio illa; ut qui princeps synodi ejus esset: neque portò invito illo aut connivente scribi potuit. Nam nemo eam vehementius execratus est, aut impugnavit acrius, quam Basilium. Tum pro ea, qua apud Imperatorem erat gratia, illius auctores, si scisset, dicto citius compressisset.

Non enim clanculum, sed luce palam, & coram Constantio; immo auctore ipso, & propemodum præeunte ac dicente, formula ista scripta est; quod vel locus ille Vigilii libro de Unitate Dei à Diatriba citatus ostendit. Sed & Hosium coram, ut ei subscriberet, pœnis ac terroribus adegit Constantius.

Non igitur obscure concepta sic fuit, ut eam Basilii ignoraret, qui apud Imperatorem, ut dixi, tum omnia poterat.

Nam quod Diatriba fingit, in Sirmiensis synodo, Episcopos bisariam divisos fuisse, & separatim formulas suas edidisse: quod & Sardica & Arimini contrigit: ut de Sardica testantur Hilarii fragmenta; ac sic in Sirmiensis partem utramque suam formulam edidisse. quæ cum emanasset, eaque factus audacior Antiochenus Eudoxius, p. 6. nefariam hæresim ubique spargeret; tum in eum comotus fuisse Semarianorum principes: hoc commentum nihil est.

In primis enim redit illud, quod paulò antè dixi; Basilium Ancyranum partis illius, à qua formula ista profecta est, inimicissimum, apud Constantium magna tum in gratia fuisse, deque ejus consilio gesta illic, & administrata esse omnia: ut qui ad opprimendum, obterendumque penitus Photinum unus sit ex omnium numero in certamen productus: illam ipsam verò formulam multum à priore & synodica discrepantem, & invisam Basilio, auctore Constantio, non conceptam occultè fuisse, sed publicè propositam, & ubique vulgatam. Hoccine ergo ut Constantius inconsulto Basilio, aut invito faceret unquam: aut si faceret, non eum refragantem, ac reluctantem ad subscribendum, uti Hosium, aliisque, subinde compelleret?

Deinde quod eidem formulæ præfixum est initium, satis arguit, non ex condito, ac professo, ut in legitimis & indictis synodis assolent, eam esse scriptam: sed fortuito, & alterius occasione rei coactis Episcopis expressam fuisse: Εὐδοκίῳ ἀπὸ πίστεως (inquunt) ἐδέξθη τὸ ἀποστῆναι ἀπὸ τῆς πίστεως ἀσφαλῶς ἐξηγήθη, ἡ διηρημένη ἐν τῷ Σιμίῳ ἐπὶ περὶ τῶν Οὐρανίων, ἡ Οὐρανίων, ἡ Γερμανίων, ἡ Ἰουδαίων. Quoniam de fide deliberationem aliquam fieri placuit, diligenter omnia tractata sunt, & inquisita Sirmii, præsentibus Valente, & Ursacio, & Germanio, ac ceteris. Placuisse dicit aliquam de fide disceptationem fieri; idque ita factum coram Valente, &c. Quæ haud obscure demonstrant, non eo consilio venisse illos Sirmium, ut de fide novi aliquid statuerent; sed tum fortè data occasione id in animum induxisset. quod quidem revera ita contigit, ut ex Sozocrate, Sozomeno, aliisque constat.

Non igitur obscure concepta sic fuit, ut eam Basilii ignoraret, qui apud Imperatorem, ut dixi, tum omnia poterat.

Nam quod Diatriba fingit, in Sirmiensis synodo, Episcopos bisariam divisos fuisse, & separatim formulas suas edidisse: quod & Sardica & Arimini contrigit: ut de Sardica testantur Hilarii fragmenta; ac sic in Sirmiensis partem utramque suam formulam edidisse. quæ cum emanasset, eaque factus audacior Antiochenus Eudoxius, p. 6. nefariam hæresim ubique spargeret; tum in eum comotus fuisse Semarianorum principes: hoc commentum nihil est.

In primis enim redit illud, quod paulò antè dixi; Basilium Ancyranum partis illius, à qua formula ista profecta est, inimicissimum, apud Constantium magna tum in gratia fuisse, deque ejus consilio gesta illic, & administrata esse omnia: ut qui ad opprimendum, obterendumque penitus Photinum unus sit ex omnium numero in certamen productus: illam ipsam verò formulam multum à priore & synodica discrepantem, & invisam Basilio, auctore Constantio, non conceptam occultè fuisse, sed publicè propositam, & ubique vulgatam. Hoccine ergo ut Constantius inconsulto Basilio, aut invito faceret unquam: aut si faceret, non eum refragantem, ac reluctantem ad subscribendum, uti Hosium, aliisque, subinde compelleret?

Deinde quod eidem formulæ præfixum est initium, satis arguit, non ex condito, ac professo, ut in legitimis & indictis synodis assolent, eam esse scriptam: sed fortuito, & alterius occasione rei coactis Episcopis expressam fuisse: Εὐδοκίῳ ἀπὸ πίστεως (inquunt) ἐδέξθη τὸ ἀποστῆναι ἀπὸ τῆς πίστεως ἀσφαλῶς ἐξηγήθη, ἡ διηρημένη ἐν τῷ Σιμίῳ ἐπὶ περὶ τῶν Οὐρανίων, ἡ Οὐρανίων, ἡ Γερμανίων, ἡ Ἰουδαίων. Quoniam de fide deliberationem aliquam fieri placuit, diligenter omnia tractata sunt, & inquisita Sirmii, præsentibus Valente, & Ursacio, & Germanio, ac ceteris. Placuisse dicit aliquam de fide disceptationem fieri; idque ita factum coram Valente, &c. Quæ haud obscure demonstrant, non eo consilio venisse illos Sirmium, ut de fide novi aliquid statuerent; sed tum fortè data occasione id in animum induxisset. quod quidem revera ita contigit, ut ex Sozocrate, Sozomeno, aliisque constat.

Cum enim Hosium annum integrum Sirmii detentum, ut scribit Athanasius, ad assentiendum hæresi in Epist. suæ non posset adducere; demum anno 357. ut scribit Sozomenus, ejusmodi fidei conscripta formula est, quæ pacis & concordia causâ contentiosa illa nomina reticeri juberet, Sirmii, Sirmienfis, & Sirmienfis. Id enim ad conciliationem inter se partium aptissimum visum est, quod neque damnarentur, neque approbarentur ista nomina; sed quietis ac pacis causâ supprimerentur. Hujus conciliationis, ac mediæ cuspidam ad ineundam concordiam viæ auctorem fuisse Hosium indicat Sozomenus. Refert enim Eudoxium Antiochena sede potitum, cum factionis suæ Episcopis, tam ἐπισκοπῶν, quam ἑπισκοπῶν damnasse, eo prætextu, quod Occidentales Episcopi eadem decrevisset. ἡ ἐξ ὧν πλείονα, ἡ ἐξ ὧν εὐχέρως τὰ ἴδια τῶν ὀνόματι τῶν ἐπισκοπῶν. Quod quemadmodum Occidentales fecerint, ita declarat.

Hosius enim cum his, qui aderant, Episcopis ad eludendam Valentis, & Ursacii, ac Germanii pernicitiam, coactus permisit, ut nec ἐπισκοπῶν, neque ἑπισκοπῶν usurparetur. quod neque sacris in litteris exstarent ea vocabula, & supra caput humana mentis esset in Dei substantiam inquirere. Hæc Sozomenus. Unde constat hæreticorum importunitate victum Hosium eam concordia rationem iniiisse. Ideo Hosii & Potamii blasphemiam vocatur ab Hilario ista formula. Itaque Eudoxius, Acacius, Uranius, alique hæretici Actium fovebant, ubi Antiochiam ea perlata est, ad Valentem, Ursacium, & Germanium scripserunt, gratulantes, quod ab Hosio tales litteras expressissent, eorumque opera factum esset, ut Occidentales rectam fidem amplegerentur. ἡ καταρῶν ἡ ἀπὸ τῶν ὀνόματι τῶν ἐπισκοπῶν, ἡ ἀπὸ τῶν ὀνόματι τῶν ἐπισκοπῶν, ἡ ἀπὸ τῶν ὀνόματι τῶν ἐπισκοπῶν, ἡ ἀπὸ τῶν ὀνόματι τῶν ἐπισκοπῶν.

Hoc commentum nihil est. In primis enim redit illud, quod paulò antè dixi; Basilium Ancyranum partis illius, à qua formula ista profecta est, inimicissimum, apud Constantium magna tum in gratia fuisse, deque ejus consilio gesta illic, & administrata esse omnia: ut qui ad opprimendum, obterendumque penitus Photinum unus sit ex omnium numero in certamen productus: illam ipsam verò formulam multum à priore & synodica discrepantem, & invisam Basilio, auctore Constantio, non conceptam occultè fuisse, sed publicè propositam, & ubique vulgatam. Hoccine ergo ut Constantius inconsulto Basilio, aut invito faceret unquam: aut si faceret, non eum refragantem, ac reluctantem ad subscribendum, uti Hosium, aliisque, subinde compelleret?

Diatrib. II. pag. 198.

Lib. 12. p. 7.

lib. 2. p. 6.

lib. 2. p. 4.

lib. 4. c. 12.



inter se confociare magnopere cupiebat; ideoque se in omnem partem, utcumque spes erat ejus rei obtinenda, facilem, ac versatilem praebebat.

Quare, quod saepe cogor repetere, non obscure, neque clanculum, neque inscio, si tum aderat, Basilio, geri ista potuerunt. Qui quidem statim ut eam formulam accepit, totus in id incubuit, non solum ut synodali decreto damnaretur, cui ipse praesuit in Ancyrano Concilio; sed etiam ut ab Constantio revocaretur.

Sozom. l. 4. c. 14.

Lib. 2. c. 30.

Lib. de syn. init.

Etenim ex Ancyrana ista synodo legati ad Imperatorem profecti sunt Basilius ipse, Eustathius Sebastenus, Eleusius Cyzicenus, eique persuaserunt, ut & contra Eudoxium plenas stomachi litteras ad Antiochenos scriberet; & Hosianam illam formulam proscriberet, poena mortis proposita, si quis eam occultaret, ut testatur Socrates, & Hilarius indicat.

Proinde ex tempore nata est fidei haec Ecthesis; & ab Hostio extorta, in fortuito Episcoporum aliquot conventu, quam synodum dixi ab nonnullis appellari. Quod Diatriba auctor irridet, quasi ipsemet fortuitum ejusmodi concursum praesulum Mediolani factum anno 346. non ab Liberio Concilium nominari censet, in ea epistola, quam scripsit ad Constantium. Deinde qui tot Ariminenses Episcopos Mediolanensem alteram synodum per errorem commemorasse putat, in epistola synodica; quo jure irasci mihi poterit, si Phobadium singularem utique Scriptorem itidem aberrasse dicam? At non est necesse. Nam synodum passim appellari videas qualemcumque conventum praesulum. Quare nihil hic habet Diatriba, quod succenseat.



BIBLIOPOLA  
LECTORI  
DIONYSII  
PETAVII  
AURELIANENSIS  
E SOCIETATE JESU  
DE LEGE ET GRATIA  
LIBRI DUO.